8. Opegrapha nothiza Nyl.

Thallus albido-griseus tenuis firmulus, minute areolato-diffractus, hypothallo fusconigro obsoleto vel evanescente; apothecia nigra oblongo-difformia (longit. 0,5—0,8 millim., latit. 0,4—0,5 millim.), marginata, epithecio plano; sporae oblongae 3-septatae, longit. 0,015—17 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses submediocres.

Supra saxa quartzosa in insula Caesarea (Jersey) legit cl. Larbalestier.

Affinis *Opegraphae grumulosae*, quacum reactione thalli convenit, facie vero mox valde recedente, thallo praesertim diverso. Spermatia recta longit. 0,005 millim., crassit. 0,0005 millim.

9. Opegrapha diatona Nyl.

Sit subspecies *Opegraphae Chevallieri* apotheciis epithecio facile hiascente vel subdilatato.

Supra lapides arenarios muri prope Heidelbergiam (v. Zwackh). Datur in Zw. Exs. 432—434.

Spermatia sicut in *O. Chevallieri*. Sporae 3-septatae, longit. 0,015—20 millim., crassit. 0,005—6 millim.

10. Opegrapha actophila Nyl.

Thallus cinerascens tenuissimus effusus vel subevanescens; apothecia linearia (vel sublinearia) subflexuosa (longit. 1—4 millim., latit. 0,2 millim.), epithecio rimiformi vel demum nonnihil explanato; sporae oblongo-fusciformes 5-septatae, longit. 0,021—31 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Supra scopulos feldspathicos in Jersey insula (Larbalestier).

Est quasi *O. rimalis* saxicola, sed videtur species propria. Spermatia recta bacillaria, longit. 0,004—5 millim., crassit. 0,00005 millim.

Observationes.

In Flora 1872, p. 247, de *Lichene diffuso* Weberi Spicil. Fl. Gotting. p. 250 (ex hodierna nomenclatura systematica: *Platysmate diffuso*) omne, quod respectu determinativo dicendum erat, attuli. Cl. Arnold in Flora 1879, nr. 21, ad nomen illud Weberianum rediens, me tacens, hocce scribit: Die Verwirrung,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0015-1

welche bezüglich dieser Flechte entstanden ist, dürfte durch Weber selbst herbeigeführt worden sein, welcher l. c. als *Lichen diffusus* eine andere Flechte beschrieb, als er hierauf an die damaligen Lichenologen vertheilte.“ Pessima hic confusio solum a Domino Arnold adducitur, nam definitio Weberi l. c. (ut ea Dicksonii) indubitatissima, nec alibi auctoritatem quaerere permissum est quam in primo fonte h. e. in prima descriptione data, id ab omni logica consideratione docetur; atque etiamsi auctor postea (quod in casu praesenti minime probatum est) versatilitate quadam vel lapsu (deficiente memoria, visu etc.) sensum primum nominis haud amplius agnoverit, tum mutatio qualiscunque vel adulteratio nominis evidenter nullam significationem neque minimum quidem momentum habere potest. Specimina herbariorum in ejusmodi casu facile in errorem inducunt.[1]) Quae igitur in hac causa explicat cl. Arnold penitus sunt inutilia nulliusque ponderis. Multo praestitisset, si idem examinavisset utrum monticola (terras frigidas amans) „*Parmelia hyperopta*“ proveniat ad Gottingam necne; res esset quodammodo huc pertinens at certe parum credibilis, illam *Parmeliam* ibi occurrere. Repetere taedet, *Lichenem aleuritem* Ach. Lich. suec. Prodr. p. 117 minime sistere *Platysma diffusum* (Web. et Dicks.), sed saltem pro maxima parte sistere *Parmeliam aleuritem* Whlnb. Lapp. p. 423, Sommerf. Lapp. p. 111 et meam, quod jam liquet manifestissime e statione „ad corticem Pini, in trabibus et palis,“ ubi quidem vulgatissima est in Suecia media borealique, et in quibus *Platysma effusum* (species naturae magis meridionalis) ibi non vel vix occurrit; atque si non esset *L. aleurites* Ach. haec *Parmelia*, inde necessario sequeretur, illum Lichenem in Suecia vulgatissimum et usque in Lapponiam procedentem Achario omnino ignotum fuisse, quod admittere absurdissimum esset (sicut jam exposui in Flora 1872, p. 248, et monui „*Parmeliam hyperoptam*“ Ach. sibi non cognitam fuisse e Suecia nec ab eo cum Lichene suecico quidem comparatam). Repudiat cl. Arnold negligatque a me scripta; in scientiam operam confero, neque speciatim scribo pro Domino Arnold, qui libenter errores suos conservet

---

[1]) Si quidem auctor post edita scripta sua sensum nominis mutaverit, hoc distinguendum, neque confundendum cum re prima per se concipienda; scripta enim manent, sed mutationes opinionum aut herbariorum varios casus subire possunt, ideo autem nomenclatura scientiae non est perturbanda (Nyl. Prodr. Lich. Scadin. p. 10).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0016-7

quousque sibi placeat; me non tangit.[1]) Analogae observationes addi possent de nonnullis ceteris „Lichenologische Fragmente" ejusdem auctoris, sed nimis fastidiosum forsan censeatur, res has singulas consectari. Nulla ratio adest, cur *Verrucaria aurella* Hoffm. esset *Lecanora epixantha* Ach., Nyl,; jamdiu constat quid est illa *aurella*, etc.

Botanischer Verein in München.

Der seit einem Jahre in München bestehende und freudig gedeihende botanische Verein hielt am 13. November 1879 seine erste Monatssitzung nach der Sommerpause ab, aus welcher folgendes besonders hervorzuheben ist:

Herr Dr. Holler (Mering) hielt einen Vortrag über „sterile Laubmoose und deren Fortpflanzung." Mit Bezugnahme auf zahlreich vorgelegte getrocknete Exemplare und unter Demonstration einer grösseren Anzahl gezeichneter Tafeln besprach der Vortragende die mannigfaltigen Fortpflanzungsarten der Laubmoose im fertilen und sterilen Zustande und theilte seine Entdeckung einer neuen Vermehrungsweise durch Abwerfen der Gipfelknospe bei *Hypnum turgescens* mit. (Siehe Geheeb Revue bryologique).

Herr Professor Dr. Hartig besprach unter Vorzeigung der betreffenden Präparate und Infectionen den Entwicklungsgang und die Lebensweise der *Rhizoctonia quercina* n. sp., die durch Tödtung junger Eichen in den Saatcämpen nachtheilig geworden ist. Es ist ihm gelungen, die Schlauchfrüchte dieses Parasiten und aus den Ascosporen das Rhizoctoniamycel zu erziehen. Die ausführliche Veröffentlichung seiner Arbeiten erfolgt in kurzer Zeit.

In der zweiten Sitzung am 5. December trug Herr Dr. H. Buchner über die künstliche Erzeugung des Milzbrand-Contagiums vor, welche von demselben mit Erfolg ausgeführt worden ist. Ein Auszug dieses Vortrages wird später in der Flora erscheinen.

Personalnachrichten.

Dr. M. Trimen, Redacteur des „Journal of Botany", hat die Direction des Botanischen Gartens in Ceylon übernommen und J. Britton, bisher Conservator am Brittish Museum in London, die Redaktion des „Journal of Botany".

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0017-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: 63

Autor(en)/Author(s):

Artikel/Article: Observatores 13-15